



Co-funded by the
Erasmus+ Programme
of the European Union



Level A: the test takes place in 90 minutes, without dictionary. Each answer is worth one point.

EVALUATION:

A1: 75% of the total score in the first part (first 5 exercises 24/32); A1 is also awarded if the student does both parts and achieves at least 24/44.

A2: 75% of the total score 33/44, of which at least 8 in the second part (ess. 6-7)

Ulixes ad Ciconas, Lotophagos et Cyclopas advēnit Summarium

Cum Ulixes in patriam redire vult, tempestas eum ad Ciconas defert, deinde ad Lotophagorum terram naves appellit. Postea a Cyclope Polyphemo capitur sed dolo eum excaecat et cum sociis fugere potest.

| | |
|----|--|
| 1 | Ulixes <u>cum ab Ilio in patriam Ithacam rediret</u> , tempestate ad Ciconas est delatus, quorum oppidum Ismarum expugnavit praedamque sociis distribuit. Inde ad Lotophagos, homines minime malos, qui loton ex foliis florem procreatum edebant, idque cibi genus tantam suavitatem praestabat, ut , qui gustabant, oblivionem caperent domum reditionis. Ad eos socii |
| 5 | duo <u>missi</u> ab Ulixes cum gustarent herbas ab eis datas, ad naves obliti sunt reverti, quos victos ipse reduxit. Inde ad Cyclopem Polyphemum Neptuni filium (ivit). Hic responsum erat ab augure Telemo, Eurymi filio, ut caveret ne ab Ulixes excaecaretur. <u>Hic mediā fronte unum oculum habebat</u> et carnem humanam epulabatur. Qui postquam pecus in speluncam redegerat, molem saxeam ingentem ad ianuam opponebat. Qui Ulixem cum sociis inclusit sociosque eius |
| 10 | consumere coepit. Ulixes cum vidēret eius immanitati atque feritati resistere se non posse, vino, quod a Marone acceperat, eum inebriavit seque "Utin*" vocari dixit. Itaque cum oculum eius trunco ardenti exurēret, <u>ille clamore suo ceteros Cyclopas convocavit eisque speluncā praeclosā dixit: "Utis me excaecat."</u> Illi credentes eum deridendi gratiā** dicere neglexerunt. At Ulixes socios suos ad pecora alligavit et ipse se ad arietem et ita exierunt. |

*"Utis" est verbum Graecum qui "nemo" significat. "Utin" (acc. masch. sing.)

**Deridendi gratiā = Ut eos derideret

1. Complete the paraphrase of the passage you read, inserting the number of the missing term in the spaces. Pay attention: there are more words than necessary (6 points)

Dum Ulixes _____ revertitur, procellā naufragium fecit et apud Ciconas pervēnit. Ibi eorum urbem depraedavit et postea ad Lotophagos ivit. Ii homines boni erant qui loton edebant; loti flore duo socii Ulixis reditum obliti sunt, ergo ille _____ vinxit et vi ad naves reduxit. Postquam Lotophagos _____, Ulixes ad Cyclopem Polyphemum advēnit. Cyclops erat monstrum qui unum oculum mediā fronte habebat et carne humanā vescebat. _____ Telemus Polyphemo

dixērat Ulixem eum excaecaturum esse. Polyphemus invēnit Ulixem et eius socios in _____ speluncā postquam a pabulo regressus erat; ergo eos reclusit et homines edēre incēpit. Vir ut se et socios _____ Cyclopem inebriavit, eius oculum ussit, deinde dolo e speluncā fugit.

| | | | |
|---------------|-------------|---------|----------------|
| 1. Reliquērit | 4. Perdēret | 7. Eos | 10. Servaret |
| 2. Suā | 5. Vatis | 8. Domo | 11. Reliquērat |
| 3. Domum | 6. Eius | 9. Suis | 12. Hostis |

2. Choose true or false (6)

| | | |
|--|---|---|
| 1. Ulixes non vult ad Ciconas ire sed forte eo advēnit | T | F |
| 2. Lotophagi pravi homines sunt qui loton edunt | T | F |
| 3. Lotophagi Ulixis socios necant | T | F |
| 4. Neptunus Polyphemi pater est | T | F |
| 5. Ceteri Cyclopes Polyphemo non subveniunt | T | F |
| 6. Ulixes se et omnes socios servat | T | F |

3. Choose the correct answer and write the corresponding letter in the table below (8)

A. Unde venit Ulixes cum ad Ciconas procellā delatus est?

- Ab insulā Ithacā
- Troiā
- A Lotophagorum terrā
- Ismaro

B. Quid accīpit Ulixes apud Ciconas?

- Divitias
- Novas naves
- Novos socios
- Vulnēra

C. Qui sunt Lotophagi?

- Homines feri qui Ulixis socios in suā insulā detinent
- Homines boni qui Ulixis sociis loton praebent
- Homines mali qui loton edunt
- Homines mali qui loto Ulixis socios decipiunt

D. Quid accīdit Ulixis sociis postquam loton edērunt?

- Ad naves redeunt
- Ulixem petunt
- Reditum obliviscuntur
- Ciconas adgrediuntur

E. Quis est Telemus?

- Telemus est augur qui Polyphemo mortem praedīcit
- Telemus est Eurymi avus
- Telemus est augur qui Cyclopi caecitatem praedīcit
- Telemus est vatis qui Ulixi futurum praedīcit

F. Quid facit Polyphemus postquam in speluncam rediit?

- a. Speluncae ianuam claudit
 - b. Ulixem adgreditur
 - c. Pecora e speluncā pellit
 - d. Ceteros Cyclopas vocat
- G. Cur ceteri Cyclopes auxilium Polyphemo non praebent?
- a. Quia Cyclopes feri sunt
 - b. Quia putant se ab eo deridēri
 - c. Quia Ulixes eos petēre potest
 - d. Quia Polyphemi clamores non audiunt
- H. Quomodo Ulixes e speluncā exit?
- a. Polyphemum excaecat et speluncae ianuam apērit
 - b. Ceteri Cyclopes ei subveniunt
 - c. Polyphemum iubet speluncae ianuam aperire
 - d. Ipse et superstites cum pecoribus e speluncā exeunt

| A | B | C | D | E | F | G | H |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | | | |

4. Choose the correct answer and write the corresponding letter in the table below (8)

- A. R. 2: *Homines* is:
- a. Nominative - subject
 - b. Nominative - apposition
 - c. Accusative – direct object
 - d. Accusative with preposition
- B. R. 4: *Ut* introduces a clause:
- a. Purpose
 - b. Result
 - c. Substantive
 - d. Temporal
- C. R. 4: *Domum* is:
- a. Subject
 - b. Direct object
 - c. Time construction
 - d. Place construction
- D. R. 6: *Huic* is:
- a. Dative masculine singular pronoun
 - b. Dative neuter singular pronoun
 - c. Dative masculine singular adjective
 - d. Dative neuter singular adjective
- E. R. 7: *Ne* introduces a clause:
- a. Purpose
 - b. Result
 - c. Substantive
 - d. Interrogative

- F. R. 9: *Cum* is:
- A preposition
 - A coordinating conjunction (copulative)
 - A conjunction with the indicative mood
 - A conjunction with the subjunctive mood
- G. R. 10: *Se* is:
- Singular accusative referring to Polyphemus
 - Singular ablative referring to Polyphemus
 - Singular accusative referring to Ulysses
 - Singular ablative referring to Ulysses
- H. R. 12: *Eis* is:
- Dative referring to Ulysses' companions
 - Dative referring to the Cyclops
 - Ablative referring to Ulysses' companions
 - Ablative referring to the Cyclops

| A | B | C | D | E | F | G | H |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | | | |

5. Transform the underlined sentences as proposed (4)

A. R. 1: Ulixes cum ab Ilio in patriam Ithacam rediret, tempestate ad Ciconas est delatus
 Ulixes _____ ab Ilio in patriam Ithacam, tempestate ad Ciconas est delatus (**use the participle**)

B. R. 5: Ad eos socii duo missi ab Ulixo ad naves obliti sunt reverti
 Ad eos socii duo qui ab Ulixo _____ ad naves obliti sunt reverti

C e D: Identify the construction of the verb and transform it to suit the structure of the sentence.

C. R. 7-8: Hic mediā fronte unum oculum habebat
 Huic media fronte unus oculus _____

D. R. 12: Ille clamore suo ceteros Cyclopas convocavit
 Clamore eius ceteri Cyclopes _____ convocati sunt

Ulixes ad Aeolum et ad Circen advēnit

Summarium

Postquam a Cyclopiis insulā effugit, Ulixes ad Aeolum pervēnit et saccos ventorum plenos ab eo accēpit. Socii tamen eos aperiunt et tempestate ad Aeoli insulam deferuntur; is autem Ulixi iterum non subvēnit. Deinde ad Circen Ulixes advēnit et, postquam Mercuri auxilio eius artem magicam vicit, cum eā duos filios gignit.

| | |
|----|---|
| 1 | Ad Aeolum Hellenis filium, cui ab Iove ventorum potestas fuit* traditā (venit); is Ulixem hospicio libere accēpit follesque** ventorum ei plenos munēri dedit. Socii vero aurum argentumque credentes <u>cum accepissent</u> et secum partiri vellent, folles clam solvērunt ventique evolavērunt. Rursum ad Aeolum est delatus, a quo eiectus est, <u>quod videbatur Ulixes numen</u> |
| 5 | <u>deorum infestum habēre</u> . (...) (Deinde) evasit in insulam Aenariam ad Circen Solis filiam, quae potione datā homines in feras bestias commutabat. Ad quam Eurylochum cum viginti duobus sociis misit, quos illa ab humanā specie immutavit. Eurylochus <u>timens</u> -qui non intravērat,- inde fugit et Ulixi nuntiavit, qui solus ad eam se contūlit; sed in itinere Mercurius ei remedium dedit monstravitque, quomodo Circen decipēret. Qui <u>postquam ad Circen vēnit</u> et |
| 10 | poculum ab ea accēpit, remedium Mercurii monitu coniēcit ensemque strinxit (...) Tunc Circe intellexit non sine voluntate deorum id esse factum; itaque <u>fide datā</u> se nihil tale commissuram*** <u>socios eius ad pristinam formam restituit</u> , ipsa cum eodem concubuit, ex quo filios duos procreavit, Nausithoum et Telegonum. |

*Traditā fuit = traditā est

**Follis, -is, m. =saccus, -i, m.

***Commissuram = facturam

6. Complete the paraphrase of the passage you read, inserting the correct inflection in the spaces (6 punti).

Ulixes ad Aeolum, ventorum _____, vēnit et is liberaliter eum accēpit, donans saccos, qui ventos continebant ut prosperam navigationem permittērent. Ulixis socii autem folles aperuērunt, quod putabant eos divitias continēre; procella orta est _____ Ulixem rursus ad Aeoli insulam detūlit. Rex tamen eum pepūlit quia vir deo _____ invisus erat. Cum ad Circen pervenisset, aliquot socios ad _____ misit. Omnes praeter Eurylochum bestiae facti sunt, sed Eurylochus fugit et Ulixem monuit. Dum ad Circen it, Mercurius ei auxilium praebeuit et remedium contra magicam potionem dedit. Ulixes magam decēpit et cum Circe intellexisset _____ deorum auxilio praevalēre, eius socios rursus homines fecit. Deinde cum Ulixē concubuit et ei duos filios _____.

| | |
|-----------------------------------|-----------------|
| Aliqui, aliqua, aliquod | Qui, quae, quod |
| Exploro, -as, -avi, -atum, -are | Rex, regis, m. |
| Pario, -es, peperit, partum, -ēre | Vir, viri, m. |

7. Transform the sentences according to the proposal (6)

A. R. 3: Socii vero cum accepissent, folles clam solvērunt

Socii vero postquam _____, folles clam solvērunt

B. R. 4-5: Quod videbatur Ulixes numen deorum infestum habēre

Quod certum erat _____ numen deorum infestum habēre

- C. R. 7: Eurylochus timens, fugit
Eurylochus quia _____, fugit
- D. R. 9: Qui (=Ulixes), postquam ad Circen vēnit, remedium Mercurii monitu coniecit
Qui (=Ulixes), cum ad Circen _____, remedium Mercurii monitu coniecit
(**cum narrativum**)
- E. R. 11: Itaque fide datā se nihil tale commissuram socios eius ad pristinam formam restituit
Itaque cum fides _____ se nihil tale commissuram socios eius ad
pristinam formam restituit (**cum narrativum**)
- F. R. 12: Socios eius ad pristinam formam restituit
_____ eius ad pristinam formam restituti sunt

Solutions

1.

Dum Ulixes (**3. Domum**) revertitur, procellā naufragium fecit et apud Ciconas pervēnit. Ibi eorum urbem depraedavit et postea ad Lotophagos ivit. Ii homines boni erant qui loton edebant; loti flore duo socii Ulixis reditum obliti sunt, ergo ille (**7. Eos**) vinxit et vi ad naves reduxit. Postquam Lotophagos (**11. Reliquerat**), Ulixes ad Cyclopem Polyhemum advēnit. Cyclops erat monstrum qui unum oculum mediā fronte habebat et carne humanā vescebatur. (**5. Vatis**) Telemus Polyphemo dixerat Ulixem eum execaecaturum esse. Polyphemus invēnit Ulixem et eius socios in (**2. Suā**) speluncā postquam a pabulo regressus erat; ergo eos reclusit et homines edere incēpit. Vir ut se et socios (**10. Servaret**) Cyclopem inebriavit, eius oculum ussit, deinde dolo e speluncā fugit.

2.

T/F/F/T/T/F

3.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | B | C | D | E | F | G | H |
| B | a | B | C | C | a | b | D |

4

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A | B | C | D | E | F | G | H |
| D | b | D | A | C | a | c | B |

5

A. R. 1: Ulixes cum ab Ilio in patriam Ithacam rediret, tempestate ad Ciconas est delatus
Ulixes REDIENS ab Ilio in patriam Ithacam, tempestate ad Ciconas est delatus (**use the participle**)

B. R. 5: Ad eos socii duo missi ab Ulixē ad naves obliti sunt reverti
Ad eos socii duo qui ab Ulixē MISSI SUNT/ERANT ad naves obliti sunt reverti

C e D: Identify the construction of the verb and transform it to suit the structure of the sentence
R. 7-8: Hic media fronte unum oculum habebat
Huic media fronte unus oculus ERAT

C. R. 12: Ille clamore suo ceteros Cyclopas convocavit
Clamore eius ceteri Cyclopes AB ILLO convocati sunt

6.

Ulixes ad Aeolum, ventorum **regem**, vēnit et is liberaliter eum accēpit, donans saccos, qui ventos continebant ut prosperam navigationem permetterent. Ulixis socii autem folles aperuerunt, quod putabant eos divitias continēre; procella orta est **quae** Ulixem rursus ad Aeoli insulam detulit. Rex tamen eum pepulit quia vir deo **alicui** invisus erat. Cum ad Circen pervenisset, aliquot socios ad **explorandum** misit. Omnes praeter Eurylochum bestiae facti sunt, sed Eurylochus fugit et Ulixem monuit. Dum ad Circen it, Mercurius ei auxilium praebuit et remedium contra magicam potionem dedit. Ulixes magam decepit et cum Circe intellexisset **virum** deorum auxilio praevalere, eius socios rursus homines fecit. Deinde cum Ulixē concubuit et ei duos filios **peperit**.

7.

A. R. 3: Socii vero cum accepissent, folles clam solverunt

- Socii vero postquam ACCEPĒRUNT/ACCEPĒRANT, folles clam solverunt
- B. R. 4-5: QUOD VIDEBATUR ULIXES NUMEN DEORUM INFESTUM HABĒRE
Quod certum erat ULIXEM numen deorum infestum habĕre
- C. R. 7: Eurylochus timens, fugit
Eurylochus quia TIMEBAT, fugit
- D. R. 9: Qui (=Ulixes), postquam ad Circen venit, remedium Mercurii monitu coniecit
Qui (=Ulixes), cum ad Circen VENISSET, remedium Mercurii monitu coniecit (**cum narrativum**)
- E. R. 11: Itaque fide datā se nihil tale commissuram socios eius ad pristinam formam restituit
Itaque cum fides DATA ESSET se nihil tale commissuram socios eius ad pristinam formam restituit (**cum narrativum**)
- F. R. 12: Socios eius ad pristinam formam restituit
SOCII eius ad pristina forma restituti sunt